



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 38. Plures perversæ doctrinæ libri ab Atrebateni Episcopo proscripti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

animalium sordibus contaminentur: Sæc. XVII.
 Parochi vero in diebus festis in Paro- A.C. 1703.
 chialibus Ecclesiis celebrent, dum-
 modo velo obtegantur, si autem hoc
 scissum est, & collapsa Ecclesia, tan-
 tum sereno tempore ibidem, turbido
 autem in decentiori loco Parochialium
 ædium celebrent. Denique cetera
 partis quartæ decreta Parochorum vi-
 tam & honestatem, Missionariorum
 obedientiam & Albaniæ scholas re-
 spiciunt.

§. XXXVIII.

*Piores pernicioſæ doctrinæ libri ab
 Atrebatenſi Epifcopo proscripti.*

Hoc item anno Atrebatenſis Episco-
 pus doctrinæ moralis puritatem
 conservandi studio animatus, edictum
 promulgavit, quo Patris Jacobi Pla-
 telii Jesuitæ *Synopsin Theologicae practicæ*
 proscriptis, simulque alio edicto opera
 omnia moralia P. Georgii Gobat ejus-
 dem Societatis censuris perstrinxit.

Die etiam tertio Octobris Parisiensis
 Universitatis Rector, Regis Franciæ
 jussu convocavit Philosophiæ Professo-
 res, eisdem declarans, Christianissimi
 Regis voluntatem esse, ut omnes de-
 creto Anno evoluti sæculi nonagesimo
 primo contra undecim errores e Philo-
 sophiæ

Sæc. XVII. sophiæ scholis deturbandos morem ge-
A.C. 1703. rerent: Hoc autem decretum jam su-
 pra Lib. CCXI. pag. 34. adduximus,
 specialiter autem quatuor hasce propo-
 fitiones Rex scholis eliminari voluit,
 scilicet. I. Æternitas Dei est succe-
 siva. II. Spiritus extensus est ita, ut
 totus extra totum sit, licet ejus ex-
 tensio non tota extra seipsum omnino
 sumptam sit. III. Extra mundum
 quædam spatia positiva sunt, quæ ab
 immensitate Dei non distinguuntur,
 quare Deus revera est extra cælos.
 IV. Locus sumitur ex comparatione cum
 immensitate Divinitatis: tota extra le
 ipsam totam posita est.

§. XXXIX.

Petri Bonzii Cardinalis obitus.

Vit. Card.
 t. 1. p. 27.
Vid. supra
 lib. 64.

Obiit hoc anno Petrus Bonzius Car-
 dinalis in Etruria quidem natus,
 sed in Galliis enutritus, qui omnibus
 amabilis, colloquio jucundus, mori-
 bus gravis & comis, atque prudentia
 eximius, apud Mariam Medicæam
 Franciæ Reginam plurimum gratia va-
 lebat, ejusque opera a Ferdinando II.
 Magno Etruriæ Duce Orator apud
 Aulam Francicam renuntiatus, Cos-
 mi III. nuptias cum Aurelianensi Prin-
 cipissa conciliabat. Obeunte ejus Pa-
 truo